



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XLIII. Ad Conradum Teufelium à Pirccensehe, Eq. Consil. Pal. & praefectum
Gundelfinganum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

*Nec timeam, nec ego timear quod, rursus utrumq;
Crux est. multa timet, quem, TYCHO, multa
(timent.*

XLIII.

Ad Conradum Teufelium

à Pirccense, EQ. Consil. Pal. & Præ-
fectum Gundelfinganum.

Frena piger bos optat, & optat aratra caballus:

Sic sua fors odio cuilibet esse solet.

Seu ratio dedit hanc, seu fors objecit amica:

Contentus nemo vivere sorte cupit.

Qui ruri vivit, viuentes clamat in vrbe

Felices: vrbis rus habitator amat.

Sic miles querit mercari: militiaque

Premia mercator puluerulenta sequi.

Sic nemo sua, sed laudat diuersa colentes:

Ac, quod habet, nemo sic satis esse putat.

Si sit eques quisquam: comes, aut dux esse laborat:

Si dux, rex: si sit rex, cupit esse deus.

Felix ille, quod est, si quis vult esse: nec optat

Amplius: ille sui vivit ubique potens.

XLIV.

Hieronymo Reufnero

Leorino.

Nec mundus capit iste duos, HIERONYME,

Nec regnū dominos, vel dom^o vna duos. (Soles:

B 9 A